

VII.

Fälschung.

Papst Clemens III. bestätigt die vom Abt Libo von Selz für die Fremden und Kranken gestifteten Besitzungen. 1191. Juni 8. St. Peter.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Quia fidelium profectibus nostra interest¹⁾ congratulari piisque votis eorum pro posse suffragari, fratris nostri Libonis caenobii Salsensis abbatis affectui congaudemus, qui quod priorum abbatum neglegentia contra²⁾ morem coenobialis instituti male omisum est, pie instaurare desiderans, cum fratrum suorum consensu pro amore Christi hæc in peregrinorum et pauperum contulit usus. Dominicalem decimationem de Salsa, de Winzenbach, de Rotheren, de Frankinheim, de Mundeffelt, de Steinbrunnon. Novalium decimationem de Wisintouua, de Bökþere, de superiori et inferiori Otterbach ubi non est salica terra, decimas prædii ad suum ius pertinentis. Dominicalem vero curtim ad Scerllenheim quam Heinricus³⁾ quartus rex, tertius imperator dedit S. Petro apostolo et S. Adelheide⁴⁾ pro remedio anime sue et liberatione totius generis sui in id ipsum. De Dierbach quoque quicquid de communi remanserit servicio, quod in abbatis Ercanbaldi datur anniversario. Hanc igitur constitutionem Clemens ego tertius presul Romanus abbatis ipsius rogatu ex apostolica auctoritate firmavi proprioque sigillo munivi. Quisquis ergo hæc bene conservaverit, vel iuxta vires meliorando adauxerit, vocem illam audiat optabilem: Venite benedicti patris mei. Si quis vero quod absit ea minoraverit vel irrita fecerit, a nobis anathematizatus et ab electis segregatus diabolo⁵⁾ societur eternaliter cruciandus.

Datum Rome ad S. Petrum VI. Idus⁶⁾ Junii anno nostri pontificatus quarto.

Das angebliche Original ist im General-Landes-Archiv zu Carlsruhe. Die innere Form, die Schrift und die äussere Einrichtung der Urkunde lassen sie in gleicher Weise als Fälschung erkennen. Der Anfang In nomine etc. ist im 12. Jahrhundert bei päpstlichen Urkunden unmöglich; auch dahinter wird nicht einmal der Namen des Papstes genannt. Ebenso ungeschickt ist die Nennung desselben am Schlusse der Urkunde und hier gar 'proprio sigillo munivi', was wohl im XI. Jahrhundert noch vorkommt, in dieser Zeit ganz unerhört ist.

Die Datirung ist ohne Sinn. Clemens III. stirbt bereits im März

1) Schluss der ersten Zeile, die mit verlängerten Buchstaben geschrieben ist. 2) Hs.: cotra. 3) Stumpf n. 2806. 4) Hs.: Adel Heide. 5) Cod.: daebolo. 6) idus ganz unleserlich.